

IACOBI PHILIPPI
TOMASINI PATAVINI
EPISCOPI AEMONIENSIS

ELOGIA

Virorum Literis & Sapientia Illustrum
ad viuum expressis imaginibus exornata.

Ad

SACRAM MAESTATEM CHRISTIANISSIMAE

REGINÆ ANNÆ

Gallie & Navarre Regeniss.



fotoc. p. 301-305
X ALANOP.

PATAVII, ex Typographia Sebastiani Sardi. M DC XLIV.

SUPRIORVM PERMISSV.

(st. 39)

IULIANVS RICCIUS, nobilis Florentinus, Græcam
linguam priuatim & publicè aliquot annos in Taurinensi,
deinde in Patauino Gymnasio docuit. Vir lepidus, in
concinnandis carminibus etruscis mirè facilis: corporis ta-
men cultu adeo sordido, sine propter fortunæ tenuita-
tem, siue ita ferente ejus genio; ut omnem ferè ingenij fa-
mam suimet neglectu obscuraret. Senectute aduersâq; va-
letudine ingrauescens, Scholæ non nunquam ludibrio,
multa præter rationem in medium protulit: nullius laboris
pertæsus, donec annis viriumq; debilitate confessus Pa-
tavij expiraret anno M. DC. xxxviii. die primâ Septembri.

PROSPER ALPINVS.



D Montium Vicentiorum radices, quâ
Germanicis alpibus cōmittuntur, jacet
Marostica, oppidum per amœnum,
foliâ vberitate non minùs, quam aëris
salubritate conspicuum: quippe quod
pestilentia, quantumvis finitimi locis
grassante, nunquam tacitum fuisse
constans est incolarum fama. Hic auram vitalem hausit
PROSPER ALPINVS ann. M. D. LIII. die xxiiii. No-
uembbris Francisco patre, Medico sui temporis insigni. Is
licet ab ineunte ætate armis addictior videretur simili cum
Paulo fratre propensione, qui in ditione Mediolanensi
Tribuni militum & Commissarii munere functus, Stazani

& Ca-

& Carezani Prætor obiit ; seniori tamen consilio, optimisq;
parentis imitatione bonis literis operam dare decreuit. Im-
butus itaq; ijs disciplinis quæ ingenuum adolescentem de-
cent, Patauium cùm venisset, ab Vniuersitate Philosopho-
rum & Medicorum primò Rectoris Vicarius, mox Syndi-
cus electus est. Quibus muneribus tantâ prudentiâ ac mo-
deratione se geslit ; vt non modò Studiosis omnibus , sed
vniuerso Professorum ordini se charum & amabilem prä-
buerit. Quo sanè tempore cùm maxima diei pars publicis
negotijs ipsi efflueret , nocturnis studijs & meditationibus
deperditas horas cōpensare solebat . idq; tantâ animi con-
tentione ; vt quadriennio nondum exacto faustâ omnium
acclamatione utriusq; facultatis lauream reportauerit die
XXVIII. Aug. an. M.D. LXXVIII. Promotoribus Viris cl. Hie-
ronymo Mercuriali, Francisco Piccolomineo, Iacobo Za-
barella, Hieronymo Capiuacceo, Bernardino Triuifano ,
Albertino Bottono, Ioanne Carpineto , & Annibale Pim-
biolo. Hisce honoribus vix auctus in Oppidum Campi
Sancti Petri publico stipendio inuitatur . Sed cùm ad altiora
aspiraret viuidus ejus animus, non dju ibi hæsit. Quo n.
flagrabat desiderio indagandi veram exoticorum quorun-
dam simplicium , & præcipue Balsami , historiam , Galeni
exemplo externas & longinquas regiones peragrare cōsti-
tuit . Fauit doctissimi Viri conatibus fortuna, electo per ea
tempora Ægypti Consule Georgio Hemo : qui inter plu-
rimos id munera ambientes Prospetum nostrum sibi me-
dicum delegit : cum quo die XII. Septemb. anni M.D. LXXX.
Venetijs soluens , difficili & pericolosâ nauigatione initio

Iulij

Iulij subsequentis Cayrum ingressus est. Triennium integrum cum humanissimo patrono ibi transegit Alpinus: quo & peritos ac fide dignos homines curiosè sciscitando, & varia ipse loca obeyendo quid in publicum bonum contulerit, testantur opera, quæ edidit, & quæ in hæredum scrinijs seruantur. Ex Ægypto reuersus, & Venetijs aliquandiu moratus, Genuam ab Andrea Doria Melphorum principे ad proprię valetudinis custodiam ingenti honori accersitur: in cujus aula non solum, sed in vniuersaliter vrbe medicinam tantâ felicitate exercuit; vt Medicorum ejus seculi coryphaeus meritò audiret. Increbrescente itaq; in dies ejus famâ, prudentissimus Senatus Venetus non tulit diutius sibi tantum eripi ornamentum. Vacante nō jam aliquot annos Simplicium Medicamentorū cathedrâ, solum Alpinum aptum judicauit, qui illam pro loci dignitate exornaret. Ægrè igitur à Doria dimissus Patauium venit: vbi publicē in Scholis & Horto, priuatimq; in ædibus suis docendo tantam sibi exacti judicij famam cōparauit, vt doctissimus quisq; Botanicorum in dubijs & controversiis simplicibus ejus tanquam ex tripode sententiam pe- teret. Sic ille publico semper bono intentus ad extremum vixit: quamvis infirmâ & inconstanti valetudine veteretur, ex longinquis & diuturnis peregrinationibus procul dubio contractâ, & præsertim saeussimâ arthritide: cujus causâ artuum munere interdum priuabatur. Accessit postremò surditas adeo grauis, vt ne maximos quide in sonos perciperet. Meditari tunc cœpit tractatum *De Surditate*: quo profitebatur Vir acutissimus, Medicorum neminem ve-

ram

ram affectionis illius naturam haec tenus assecutum fuisse. Sed fata extremam Operi manum negarunt. Superueniente .n. lentâ febre ann. M. DC. XVI. mense Nouembri vivere desit eadem, qua natus erat, die, relicta est lectissimâ conjugie Bartholomæ Tharsia ciue Patauinâ quatuor liberas. Ex quibus M. Antonius I.C. & magnæ spei adolescentis pestilentia anni M. DC. XXXI. sublatus est: Alpinus, qui jam annos aliquot Venetijs medendi peritiâ clarus postquam Patri in Simplicium professione post Ioannem Praeuentum successisset, disruptâ pulmonis vomicâ die XII. Decembris M. DC. XXXVII. obiit: Mauritius Monachus Cassinensis, Sacrae Theologiæ docttor, qui nobis ista scribentibus anno M. DC. XLIV. marasma contabuit. Supereft Paulus, Marti potius quam Minerua natus: apud quem hæc Parentis manuscripta seruantur.

Prælectiones in Gymnasio Patauino publicè habitæ.

De Surditate Tractatus imperfectus.

*De Medicinâ Ægyptiorum Liber V. addendus quatuor alijs
jam editis: qui etiam innumeris locis aucti & locupletati sunt.*

De Naturali rerum in Ægypto obseruatarum Historia Libri V. varijs Plantarum, Lapidum, & Animalium iconibus exornari.

Quæ ommnia ab inertis cuiusdam fuci insidijs, qui ex alienis laboribus famam captare studet, non sine labore præseruata sunt.

Typis edita.

De præagienda Ægrotantium Vita & Morte Lib. V.

De

De Medicina Methodica Lib. XIII.

De Medicina Ægyptiorum Lib. IV.

De Plantis Ægypti Lib. I.

De Balsamo Dialogus.

De Rha-Pontico Thracico Libellus.

De Plantis Exoticis Lib. II. ab Alpino filio completi & vulgati.

PAVL V S A RGOL V S.



RGOLORVM familia inter Marsos nobilissima. Properante enim in Italiam Carolo Andegauensem Duce, atq; hortatu Clementis IIII. Rom. Pontificis contra Sueuos Principes, Ecclesiæ hostes, Regnum vtriusq; Siciliæ inuadente; quofdam Argolorum familiæ è Galliâ Narbonensi Arelatenſes patricios Regem cum triginta triremibus è Massilia ſoluente in anno reparatæ ſalutis M. CC. LVI. fecutos conſtat. Eorum vni Ludouicus, Gaspar alteri nomen erat: qui poſtea Argolis in Italia originem aſſeruerunt. Amiſſo ſiquidem Tolofiorum (ita olim cognominabantur Arelate) cognomine *de Galliis* à Galliarum Regis fratri obſequio, interdum *Arlij* à patria dicti ſunt: (Arles enim Arelate Gallicâ voce, ſiue Arguli indigetatur) donec immutato vocabulo pro *Arlis* dicti ſunt *Argoli*. Aſſeruatur in domesticis familiæ ſcriuijs

R. I.

xeno-